

Hebr. 10. a. 5.

Artic. 29.

Annotatio, Sacrificia omnia reiiciuntur
præter Christū, Bibl. 1532. 1534. 1540. 1546.

Censura, Hæc propositio suspecta est
contra sacrificia quotidiana Missæ, vt ab
authore suspecto prolata, vt qui omnino
nihil meminit sacramenti corporis & san-
guinis Christi in locis vbi de eo agitur a-
pud Euangelistas, & B. Paulum. Propter
hæc est diminuta, cum deberet addere
Sacrificia veteris legis: vt se declararet cō-
tra recentiores hæreticos tollentes sacri-
ficiū Missæ.

*Primūm mihi respōdeant, an non palàm as-
serat illic Apostolus, Christum vnicam esse ho-
stiam. At non est ille suspectus author. Cur? An
quia missale sacrificium cōmendat? Nihilō qui-
dē magis quàm Lutherus. Quid volunt Rabl i
ni? Clamat Scriptura, Christi mortem vnicum
esse æternūmque pro peccatis sacrificium. Cla-
mauit & Christus è cruce pēdens, Cōsumma-
tum est, Iohan. 19. e. 30. Et Cœnā suam institues
non mandat discipulis vt corpus suum amplius
immolēt: quin potius dicit, Hoc est corpus quod*

f. ii.